

negante, vel non admittente juris communis beneficii alicui concessum, licita est, & legitima appellatio: ita dicit eleganter Bald. in cons. 378 n. 2. lib. 3. Cardin. Tusc. 1. to. conclusionem 359. ubi dicit reddentes rationem, quod ubi denegatur obviantia juris communis, ibi in feri dicitur gravamen, à quo licita est appellatio, & probatur ex text. in l. 1. §. si quis tutor executionem, ff. quando appellandum sit l. executionis, l. quicumque, Cod. de excusationibus tutorum, ubi probatur appellari rectè posse à iudicis decreto, quo aliquem tutorem, vel curatorem minoris nominat non admissio beneficio excusationis legitime à iure sibi concessa, ut diximus supra, hac part. cap. 1. circa articulum exceptionum, ubi de tutoris nominatione dixi, & quando possit ab ea appellari.

123 Ultimo loco dicendum est, ea quæ diximus circa effectum sententiæ suspensionis, vel interdicti, intelligi debere in spiritibus, & divinis officiis, & in his quæ concernunt animam, secus autem est dicendum, si interdictum, vel suspensio alia officia, vel alia temporalia respiceret: tunc enim appellatio emissa à tali interdicto, vel suspensionis sententia suspenderet omnino ejus effectum, ita tenet Philipp. Franc. in cap. ad hæc quoniam, in princ. de appell. ubi etiam Abb. & alii, latè Emanuel Rodriguez in qu. regul. quest. 39. artic. 5. tomo 1. qui dicit quod si iudex interdicat alicui ingressum civitatis, seu palatii, vel ingressum alicujus possessionis; appellante ipso ab eo interdicto, suspenderet effectus sententiæ, quod idem dicendum est in sententia suspensionis, vel interdicti à beneficio, ut per argumentum ab speciali text. in c. 1. cui, de sentent. excommunic. lib. 6. tenet gloss. ubi verbo sequentem, ubi etiam sequitur Archidiaconus, & Joann. Andr. quam gloss. menti tenendam dixit Philipp. Franc. & Abb. ubi supra, quam ad hoc omnino vide, quoniam singularis est sine dubio, qui omnes hanc partem tenent contra Innocentium, qui contrarium insinuat videbatur in dist. cap. ad hæc, vide etiam Lancelot. de attentat. 2. parte, cap. 12. in præfatione n. 86. qui confusè multum loquitur, & post Philippum Franc. in cap. ad hæc quoniam, sub nu. 5. de appellat. dicit Scac. de appella. quest. à num. 67. & quest. 17. limit. 42. numero fin.

124 Qui omnes Doctores similiter idem intelligunt, & probant in suspensione, vel interdicto ab usu pallii, seu à Pontificalibus, cujus effectus per appellationem subsequentem omnimodo suspenderetur, qua pendente, & pallio, & Pontificalibus uti poterit, cæteraque omnia facere ex doctrina Innocent. in c. 2. de sentent. excommunic. in 6. & ex Speculatore loco per Abb. & Fran. relato, & post Franc. Scaccia d. quest. 3. nu. 68. ubi quod sic suspensus ab usu pallii in divinis celebrans non incurrit aliquam irregularitatem.

125 Pariter etiam idem dicendum affirmant Lancelot. ubi proxime, nu. 84. & 85. ex Decio consil. 204. in causa cathedrali per totum, & alii, in Episcopo, seu alio clerico disposito, quia interim appellatione à tali dispositionis sententia, pendente, nihil innovatur integer appellantis status, imò conservatur; ut antea: igitur omnes concludunt reg. text. in dist. cap. is cui, & aliorum superius adductorum, solum habere locum in his suspensionibus & interdictis, quæ concernunt animam & spiritalia, secus autem in cæteris temporalitatem, & profana respicientibus, in quibus iudex Ecclesiasticus omnino vim feri declarabitur in tribunalibus supremis, si recuset deferre appellationi interpositæ à tali sententia suspensionis, vel interdicti, omniæque in posterum gesta reponere.

126 Pariter etiam idem dicendum affirmant Lancelot. ubi proxime, nu. 84. & 85. ex Decio consil. 204. in causa cathedrali per totum, & alii, in Episcopo, seu alio clerico disposito, quia interim appellatione à tali dispositionis sententia, pendente, nihil innovatur integer appellantis status, imò conservatur; ut antea: igitur omnes concludunt reg. text. in dist. cap. is cui, & aliorum superius adductorum, solum habere locum in his suspensionibus & interdictis, quæ concernunt animam & spiritalia, secus autem in cæteris temporalitatem, & profana respicientibus, in quibus iudex Ecclesiasticus omnino vim feri declarabitur in tribunalibus supremis, si recuset deferre appellationi interpositæ à tali sententia suspensionis, vel interdicti, omniæque in posterum gesta reponere.

127 Pariter etiam idem dicendum affirmant Lancelot. ubi proxime, nu. 84. & 85. ex Decio consil. 204. in causa cathedrali per totum, & alii, in Episcopo, seu alio clerico disposito, quia interim appellatione à tali dispositionis sententia, pendente, nihil innovatur integer appellantis status, imò conservatur; ut antea: igitur omnes concludunt reg. text. in dist. cap. is cui, & aliorum superius adductorum, solum habere locum in his suspensionibus & interdictis, quæ concernunt animam & spiritalia, secus autem in cæteris temporalitatem, & profana respicientibus, in quibus iudex Ecclesiasticus omnino vim feri declarabitur in tribunalibus supremis, si recuset deferre appellationi interpositæ à tali sententia suspensionis, vel interdicti, omniæque in posterum gesta reponere.

CAPUT VI.

An iudex Ecclesiasticus vim faciat, non deferens appellationi interpositæ à sententia interlocutoria, lata super articulis ejus causæ, à cuius diffinitiva prohibetur appellari.

SUMMARIUM.

- 1 Diffinitiva prohibita appellatio sive quoad unum tantum, sive quoad utrumque effectum simul, an prohibita intelligatur ab interlocutoria.
- 2 Quod non prohibetur, censetur concessum.
- 3 Analogum per se sumptum stat pro potiori significato.
- 4 Sententia appellatione de diffinitiva intelligitur.
- 5 Appellatio prohibita à sententia intelligitur à diffinitiva non ab interlocutoria.
- 6 Statutum prohibens appellationem à sententia potestatis, intelligitur de diffinitiva strictè.
- 7 Prohibito compromittendi super causa, intelligitur super principali, non super articulis incidentibus.
- 8 Appellatio prohibita heretico, quoad diffinitivam duntaxat intelligitur, non quoad interlocutoriam.
- 9 Interlocutoria non reparabilis per appellationem à diffinitiva, recipit appellationem.
- 10 Gravamen non potest reparari, quando non potest appellari à diffinitiva.
- 11 À iudicatu licet non appellatur; tamen ab interlocutoria incidenti licere qui dicant.
- 12 Prohibita licet si appellatio in remedio l. fin. de edicto Divi Adriani. & l. uni. Cod. si de moment. poss. ab interlocutoria incidenti qui teneant.
- 13 À diffinitiva licet prohibita si appellatio, admittitur tamen ab inordinato processu.
- 14 Appellatio ubi à diffinitiva prohibita est, pariter censeri prohibitam ab interlocutoria, & emergenti, defenditur.
- 15 Pactum inter partes, ne appelletur in causa, intelligitur etiam prohibito ab interlocutoria.
- 16 Clausula (appellatione remota) intelligitur etiam respectu interlocutoria.
- 17 Summaria ubi est causa, omnes ejus articuli summarii sunt, & 28.
- 18 Causa, & ratio prohibitive appellationis in causa appellationis militat etiam in interlocutoria.
- 19 Statutum prohibens appellationem à diffinitiva, intelligitur & in interlocutoria, ubi militat eadem ratio.
- 20 Statutum prohibens de nullitate dici, intelligitur etiam in interlocutoria.
- 21 In causa qua conveniunt, debent & in effectu convenire.
- 22 Casus, quos necesse aequitatis, & rationis identitas, non sunt quoad juris dispositionem separandi.
- 23 Ab interlocutoria facilius jus appellationem tollit.
- 24 Natura eadem est questionis incidentis in causa principali, quæ de ipso principali, & 27.
- 25 De parte quoad partem idem est, quod de toto quoad totum.
- 26 Prohibita appellatio à causa principali, prohibetur etiam ab accessoriis.
- 27 Appellatio ubi est prohibita ex natura cause prout alimentis, &c. intelligitur prohibita ab incidentibus.
- 28 Prohibetur cum quid, censetur etiam prohibendum omne, per quod pervenitur ad illud.
- 29 Per interlocutoriam pervenitur ad diffinitivam.
- 30 Appellatio si est prohibita à laude, ita prohibetur à præambula compulsione.
- 31 Appellatio ubi est prohibita à principali, an ita intelligatur ab interlocutoria, varii variè dixerunt.

- 32 Abbas opinio refertur.
- 33 Angeli distinctio refertur.
- 34 Egidius Beshi distinctio refertur.
- 35 Decii distinctio refertur.
- 36 Rebuffi opinio refertur.
- 37 Achil. Personal. distinctio refertur.
- 38 Scaccia opinio refertur tenentis absolute prohibitam appellationem in causa principali, censeri prohibitam ab interlocutoria.
- 39 Appellatio ubi admittitur quoad devolutivum, non potest dici, quod interlocutoria non possit reparari per appellationem à diffinitiva.
- 40 Gravamen in possessorio reparatur in petitorio, secus si super petitorio, iudicium non expectatur.
- 41 Doctorum omnium resolutio in questione proposita, & distinctiones non integre satisfaciunt.
- 42 Auctoris distinctio refertur in proposita questione.
- 43 Appellatione prohibita quoad suspensivum tantum in causa principali, censetur prohibita ab interlocutoria super incidenti, aut emergenti articulo.
- 44 Statutum generaliter prohibens appellationem à tali causa intelligitur prohibere à qualibet ejus interlocutoria.
- 45 Idem in statuto prohibente compromissum.
- 46 Oratio indefinita negotiorum concepta universalem significationem habet.
- 47 Negatio opposta subiecto, aut termino communi, facit orationem universalem.
- 48 Statutum prohibens appellationem specialiter à sententia, intelligitur de diffinitiva, non de interlocutoria, cum sit stricti juris.
- 49 Statutum prohibens appellationem, est odiosum, & restringendum, ut minus latè sit commune.
- 50 & 51. Ratio per quam statuto prohibetur appellari à sententia, similiter etiam in interlocutoria, de ipsa intelligitur, licet sit strictè interpretandum.
- 52 Prohibita appellatio in causa principali, prohibetur ab interlocutoria, etiam si aliàs ab ipsa licuisset appellare.
- 53 À competentia, vel incompetentia appellatio admittitur etiam ubi sit prohibita à diffinitiva, quoad suspensivum tamen.
- 54 À competentia, seu incompetentia non censetur prohibita appellatio, quoad quocumque prohibetur ab interlocutoria.
- 55 Incompetentia exceptio quandoque opponitur, ad impediendam sententiæ executionem.
- 56 Prohibita appellatio per statutum non intelligitur prohibita à sententia super incompetentia.
- 57 Jurisdictionis defectus exceptio non censetur exclusiva à dispositione prohibente omnes exceptiones.
- 58 Interlocutoria super legitimatione personarum an admittat appellationem, ubi causa principalis illam non recipit, putà; quia est executiva.
- 59 Legitimitas personarum in quocumque iudicio necessaria est.
- 60 Exceptionem incapacitatis, in quolibet iudicio executivo admittendam.
- 61 Legitime actor & reus debent comparere in quolibet iudicio.
- 62 Legitimitatis exceptio non censetur exclusiva à quolibet statuto, omnes exceptiones adversus instrumentum excludente.
- 63 Legitimitatis exceptio etiam post tres sententias potest opponi.
- 64 In iudicio ex l. fin. Codicis de edicto divi Adriani, interlocutoria procuratorem legitimum non esse, vel aliquem non habere legitimam personam standi in iudicio, recipit appellationem.
- 65 Et in pronuntiatione, quem esse, vel non esse tutorem.
- 66 Beneficii cui at prævisio non recipit appellationem, & proceditur summarie.

- 67 Oppositor, si declaratur esse, vel non esse filium patronalem, aut aliàs personam legitimam, licite appellat in provisione curati.
- 68 & 69. Appellatio permittitur ab ordinato processu, etiam si in causa principali non admittitur quoad diffinitivam.
- 70 Hictonymi Gonzales opinio reprobat.
- 71 À iudice procedente ordinariè, cum debeat procedere summarie, tanquam ab inordinato processu licet appellare.
- 72 À iudice procedente summarie, aut executivè, ubi ordinariè debuit procedere, licet appellare.
- 73 Nisi quando summarie procedere, relinquatur iudicis potestati.
- 74 Ordinem iudicarium servare, non potest nocere.
- 75 À iudice non faciente quid ejus potestati relinquatur, non licet appellare.
- 76 Ad restium inhabilium, seu post terminum probatorium admissionem appellatio admittitur, etiam ubi à diffinitiva prohibetur quoad suspensivum.
- 77 Sententia interlocutoria, si per dolum, aut injuriam feratur, appellationem recipit, etiam ubi à diffinitiva prohibetur.
- Idem est in sententia, quæ fertur per latam culpam, cum dolo equiparetur, ibid.
- 78 Sententia lata per dolum iudicis nulla est, nec transe in rem iudicatam.
- 79 Sententia nulla executionem non meretur.
- 80 À diffinitiva prohibita appellatio quoad utrumque effectum censetur permitti à qualibet interlocutoria incidenti.
- 81 Ab interlocutoria appellatur, quando per appellationem à diffinitiva reparari nequit.
- 82 Gravamen dicitur irreparabile per appellationem à diffinitiva, quando nullo modo ab ea permittitur appellare.
- 83 Appellatio devolutiva ubi à diffinitiva datur, non potest dici, gravamen interlocutoria non posse reparari per appellationem à diffinitiva.
- 84 & seq. Concil. Trid. sess. 13. de reform. cap. 13. ponderatur.
- 85 Appellatio, ubi simpliciter à iure reperitur prohibita, intelligitur quoad utrumque effectum.
- 86 Principis à voluntate qua pendet, impossibilia iudicantur.
- 87 Appellatio ubi prohibetur in delictis, non intelligitur prohibita ab incidentibus.
- 88 Jura adaptantur ad ea, quæ frequentius accidunt.
- 89 Gravamen non reparari per appellationem à diffinitiva verificatur quando ab ea est prohibita, quoad utrumque effectum, non quoad suspensionem tantum.
- 90 & 91. Heretico licet prohibetur appellatio à diffinitiva, non tamen ab interlocutoria, & quare.
- 92 L. 1. §. quantum si de appellat. verba ponderantur.
- 93 Prohibita appellatio à diffinitiva in causa principali quoad suspensivum, appellationi à qualibet interlocutoria regulariter deferendum non est.
- 94 Prohibita appellatio à causa principali quoad utrumque effectum, admittenda est à quolibet gravamine incidenti.
- 95 À possessoriis an sit appellatio prohibita quoad unum, vel utrumque effectum, dua sunt contrarie opinioniones.
- À possessorio si fuisse appellatio prohibita quoad utrumque (ut plurimi putarunt) verum forte, permittam esse à qualibet interlocutoria, ibid.

Hujus questionis, ut debitum consequatur exitum, in duas cogimur jus imitantes, partes dividere, aut distinguere, scilicet, in appellationes ab interlocutoria latis in causa, cujus diffinitiva prohibetur appellatio, quoad effectum suspensivum tantum, & in appella-

appellationes, quæ emittuntur ab interlocutoriis, in causis & negotiis negativis à diffinitiva appellationem quoad utrumque, & suspensivam & devolutivam simul, de quo ad resolutionem questionis propolita apparebit & pro parte affirmativa, nempe vim iudicem facere huiusmodi appellationi non deferentem. Probatur primò.

2 Quoniam quod non prohibetur, ceteri permittuntur, l. 1. & text. in l. ex eo, ff. de testib. text. in l. inter socerum. §. cum inter, ff. de pactis dotal. sed appellatio ab interlocutoria non invenitur prohibita hoc casu; quando prohibetur à diffinitiva ergo ceteri debet permitti, & admittenda, & quia analogum per se sumptum debet referri ad potius significatum, §. jus civile, instit. de iure natur. & id in terminis dixit Franch. in c. cum appell. §. si veri, n. 3. de appell. in 6. Abb. in c. pastor alius, n. 6. de appell. quoniam appellatione sententiæ, intelligitur de diffinitiva, text. est in l. quod iustus, ff. de re iud. ibi, licet de sententiis contra, & c. notat, gloss. in c. cum olim, de testibus, & pariter ex text. in c. venientes, de iurejur. ibi, cum leges etiam seculares post sententiam etiam beneficium appellationis non denegent à gravatis, & c. junctura l. ante sententia tempus, & ibi Cynus num. fin. c. quorum app. non recip. ubi ab interlocutoria prohibetur, & non à diffinitiva, idem docet Bald. in l. si ex causa, §. nunc videndum, & ibi Albericus ff. de minoribus, post Guillelmum Cumanum, quod prohibita appellatione à sententia intelligitur à diffinitiva, non autem ab interlocutoria, idem Bald. in l. 1. in princ. ff. de off. prefelli praeo. & in addito, ad Specula. tit. de sentent. Socini. consil. 39. capio primum, num. 12. lib. 4. Alexand. consil. 50. visis actis sub n. 2. lib. 2. ubi quod licet statutum prohibeat appellationem à sententia potestatis, debet intelligi de sententia, quæ est strictè diffinitiva: ergo quando appellatio removetur à diffinitiva sententia, non debet extendi ad interlocutoriam.

7 Facit insuper, quoniam quando in aliqua causa, qua per legem, vel statutum prohibitum sit, compromittere, intelligi debere quoad causam principalem, & substantiam negotii, non tamen intelligi quoad articulum, emergentem in eo, docet Bald. in l. cum proponas, in fin. de rebus creditis, quod etiam affirmant nonnulli Doctores relati à Socino seniori consilio 300. colum. 3. versiculo circa tertiam. l. 2. Huc pertinet, quod scriptum reliquere Archidia. Joan. Andr. & Gemianus in c. inquisitionis, de hereticis, l. 6. quo loci illud affirmant, quod licet hereticus prohibitus sit appellare, intelligitur quoad sententiam diffinitivam, non autem quoad sententiam interlocutoriam.

9 Uterius probatur, quoniam quando interlocutoria non potest per appellationem à diffinitiva reparari, licet admitti appellationem, supra, capite primo, latè diximus. Sed ubi prohibetur appellatio in causa principali, gravamen interlocutoria reparari nequit, ergo ab interlocutoria iis casibus admitti debet appellatio: ita loquendo de possessorio argumentatur Ozafo. dec. 25. mortuo intestato, sub n. 14. Contard. in dicta l. unica, l. 5. n. 3. vers. sed an ratio, & c.

11 Deinde, & hæc pars fulcitur, quoniam licet à sententia lata in syndacatu contra Officialem appellari non liceat, quoniam ea pendente executio fit: tamen poterit appellari ab interlocutoria sententia, seu gravamine incidenti, quoniam ab eo officialis in syndacatu rectè quit appellare, quamvis sibi à diffinitiva prohibetur, ut per Paridem de Puteo in tract. de syndacatu, verbo appellatio, versiculo syndacatus, & versiculo à sententia lata, Modernos in annot. ad Regidium, n. 195. Maranta in Speculo advocat. 6. part. princ. 2. actu, tit. de appellat. num. 193. & alios citatos à Lancel. Roberto de attent. 2. p. c. 12. lim. 20. num. 4. quibus pariter assentire videtur.

Ceterum, & hæc pars tenet ex his quæ adducunt Innocent. in cap. significaverunt, verbo appellasse, de testi-

bus, Angel. in consilio 46 statuto civitatis Florentie col. fin. versiculo praterea, quem sequuti sunt Nicellus in tract. de concord. gloss. sub n. 23. versiculo 4. moderatur, Stephanus Auzier. in addito. ad decisiones Capella Theol. Decius in cap. pastor alius numero 4. de appellat. Blanchus in tractatu de compromi. 4. questione, princip. num. 21. versiculo quarto deducitur, Lancelotus Robertus ubi supra, d. lim. 20. n. 4. Contard. in l. unica, limit. 5. nu. 1. & sequentibus, & questione 20. nu. 1. Cod. si de moment. possess. Vestrius, Gravatus, quos citat Scaccia lib. 1. causa civil. & crimin. cap. 79. sub n. 981. Petrus Dueñas in regul. 44. fall. 3. Bald. & Albericus post Guillelmum de Cunis in l. si ex causa, §. tunc videndum, ff. de minoribus Zuchard. in l. fin. Cod. de edito divi Adriani. nu. 436. illud omnes affirmantes, quod licet à sententia lata in possessorio, ex l. 1. Cod. si de moment. anea possessione, similiter, & in remedio legis finalis C. de edito divi Adriani non tollendo, non admittatur appellatio, in d. prohibita sit; nihilominus ab interlocutoria lata super articulis emergentibus in causa, & ejus discursu appellatio admittitur undique.

Pariter, & illud hanc partem affirmativam defendit; scilicet, quoniam in his, & aliis casibus, in quibus non permittitur appellatio quoad merita, & substantiam causæ, admittitur tamen ab inordinato processu, & sic à gravamine articuli emergentis, ita docuit Bald. cap. ex conquisitione, n. 1. de restitutione spoliat. Jas. in l. 1. num. 5. versiculo limita 2. de bonorum possessio. secundum tabulas, & ibi Decius num. 6. versiculo quinto, & ab inordinato, & c. idem Decius in dict. l. fin. C. de edito divi Adriani. num. 47. versiculo sed possit. Covarruv. in pract. qu. c. 23. n. 8. vers. ceterum licet, Natta consil. 121. n. 4. lib. 1. Joseph. Ludovici. dec. 39. nu. 8. Zucard. in dict. fin. Cod. de edito divi. n. 436. Bellam. dec. 347. Felin. in c. suborta, n. 4. lim. 1. de re iud. Veral. decisione 6. vol. 60. n. 5. & 6. part. 1. Marquella. de commissio. 1. part. cap. 12. n. 51. & de hac re latissime agemus infra, 4. Part. c. 13. per totum, ubi fore doctrinas confessimus: Quæ pars, & rationibus, & autoritatibus satis comprobata videtur, ut firmare queat aliquis regulam generalem, appellationem, nempe, prohibitam in causa principali non ceteri prohibitam in interlocutoriis prolatis super articulis incidentibus, seu emergentibus, & per consequens iudicem, qui ei deferre reculat, vim facere manifestam, sibi per Senatum causam remittendam esse videri.

Et licet præfatis Doctores hæc & tibi, Lector candide, placeat, multis tamen opinio alii displicet probantibus hoc casu hacque questione, vim nullam iudicem committere, si noluerit deferre appellationi emissæ à sententia interlocutoria, vel à gravamine incidenti ante definitivam sententiam, à qua prohibita esset appellatio. Quoniam eo casu appellationem admitti non debere, sicut nec à diffinitiva, dicunt. Quod ex eo probatur, primò, quia si inter partes litigantes pactum fiat, ut à sententia in causa lata non appelletur, intelligitur etiam ab interlocutoria hæc prohibitio facta, ita tenent Bald. & Salicetus in l. fin. §. fin. C. de temporibus appellationum, quos sequutus est Gregorius Lopez in l. 13. tit. 23. part. 3. in gloss. 6. allegant ad hoc text. in l. 1. §. si quis ante sententiam professus, ff. à quibus appellare non licet, ibi, indubitate appellandi auxilium perdit, & c.

Similiter quia quando Princeps prohibet appellationem, puta, quando committit causam, ea remota, intelligitur etiam ab interlocutoria remota, atque prohibita, ita contra Bart. tenent Angel. & Imola in d. l. §. fin. ff. à quibus appellare non licet, Gregor. Lop. in d. l. 13. tit. 23. part. 3. gloss. 9. rationem reddentes, quia eadem ratio militat in utroque, Lancelot. de attent. 1. part. c. 12. limit. 8. n. 20. & 21.

Deinde facit pro hac eadem parte, quia quando causa est summaria, omnes ejus causæ articuli summarie esse

esse debent ut notat B. in extraxat. ad reprimeendum, in verbo summaria, quem sequuntur Doctores in eodem sepe, de verborum signific. & latè explicat Jason in l. 2. Cod. de edito divi Adriani. tot. quibus addendus Petrus Anchar. in cle. distend. 5. nota de ind. opt. me per Ant Natam consil. 121. c. 12. lib. 1. ergo eodem modo dicendum est, quod quando in aliqua causa appellatio prohibetur, intelligi etiam debet à quolibet ejus articulo.

18 Desuper, quoniam appellatio in causa prohibita, sive ratione causæ, pura quia celeritatem, celeremque executionem requirit, sive propter auctoritatem iudicis de ea cognoscentis, quæ est ratio magis frequens, ac fundamentalis, quæ regulariter appellatio est prohibita, ut patet ex iuris, & auctoribus rem hanc attingentibus, ut videbimus in discursu hujus libri: sed hæc ratio pariter militat in sententia interlocutoria, sicut & diffinitiva, ut etiam considerat Benediclus à Plumbino in l. etiam, §. abens ff. de manumiss. vindicta, Menoch. in tract. de adipsen. poss. rem. 4. n. 813. & per Angel. & Imolam in l. 1. §. fin. ff. à quibus appellare non licet, ita docet Gregorius Lopez in l. 13. tit. 23. part. 3. gloss. 9. Alexand. consil. 50. visis actibus, n. 12. l. 3. latè Felin. in cap. causam, quæ sub n. 27. versiculo dum dicit de referri, Achilles Personat. tractatu de adipsen. poss. n. 336. versiculo egi bene factor, & c.

19 quod ita utrum loquens de appellatione à diffinitiva militet in interlocutoria, quando in casu est eadem ratio, tenet post Paul. Caltrent. Franch. in c. pastor alius, quæst. 6. n. 24. de app. Rota dec. 110. n. 20. part. 1. diversorum, Caslar. Contard. in l. unica, l. 5. num. 4.

20 versiculo lim. modo, Cod. si de moment. possessio, & facit Puteus dec. 274. die 5. Maii num. 3. l. quem sequitur Contard. dicens, ubi proxime, nu. 6. quod statutum prohibens dicit de nullitate, interlocutoriam comprehendit: ergo idem, quod in diffinitiva dicendum est, quia ubicunque est eadem ratio, eadem est juris dispositio, l. illud ad l. Aquilianam, l. actio, ff. de verborum oblig. & quæ in causa conveniunt, debent & in effectu convenire, l. de quibus, ubi Ang. & Doct. notant, ff. de legib. casus namque, quos necit paritas æquatur, & identitas rationis, non sunt quoad juris dispositionem nem separandi, d. l. illud, cum ibi notatis per Bald. & Oldrad. & est originale verbum Ciceronis in Topicis: maxime, quia facilitas jus tollit appellationem ab interlocutoria, eum fit minoris præjudicii, tenet in terminis Caslar. Contard. in repet. l. unica, l. 5. n. 4. C. si de mom. poss. appellationem ab interlocutoria, quam à diffinitiva potius tollit quoad appellandi genus, & materiam, in illa regula est negativa, secundum textum in l. ante sententiam tempus, Cod. quorum appell. non recipi. in ista autem, & sic in diffinitiva regula est affirmativa, leg. & in maioribus, cum aliis.

24 Quæ pars iterum corroboratur, quoniam eadem natura esse solet questionis incidentis, & emergentis in causa principali, quæ est ipsius causæ principalis, elem. dispendiosam de iudicis, notat Bald. in l. solet, n. 8. ff. de ultim. & citariis leg. Jas. in l. 2. num. 6. C. de edito divi Adriani. Dec. in cap. pastor alius, n. 4. in fine de appell. latè Menoch. de arbit. iud. l. 1. quæst. 45. nu. 9. & 10. & pulchrè scribit ad rem hanc Socinus senior consil. 30. columna 3. l. 2. & idem Menoch. ad prepositum nostrum in dict. tractatu de adipsen. poss. rem. 4. n. 815. cum ergo in causa principali, atque ita à diffinitiva appellare non liceat, non etiam ab incidentibus, quod pertinet illud vulgaris regulæ, quod idem est de parte quoad partem, quod de toto quoad totum, textus in l. quæ de tota, ubi gl. B. & Doctores notant, ff. de rei vindicatione, bonus textus in l. juris genium, §. adeo, ubi per Jason. ff. de pactis, textus in l. si unus, §. si cum tibi, cum leg. eodem tit. text. in l. si cui in princ. versiculo proinde, ff. de leg. 1. text. in l. res tuores in p. ff. de administratione tutorum. Bonus etiam text. in c. super questionem, Salgado de Protect. Reg.

§. fin. & in cap. pastor alius, §. item cum totum, de officio delegati. c. si diligenti, de præscript. cum aliis, ergo dicendum est quod cum non appellatur à sententia totius causæ, & super tota causa principali, nec debet admitti à lata in eius parte, & articulis emergentibus, vel incidentibus, & facit quod dicit Regidium Bassius in tractat. var. crim. titulo de appell. n. 10. ex doctrina Alexand. in l. parris, & filii, ff. de vulgari, & pupillari, co. 26. l. 2. & per B. in d. leg. solem, dicens, quod quando prohibetur appellatio à principali, etiam intelligitur prohibita ab accessoris, & impensis, & idem tenet omnino Lancelot. sibi contrarius 3. p. c. 26. à n. 130. cum segg. Ceterum hæc pars defenditur, quia accessorium debet sequi naturam sui principalis, ex reg. vulg. accessorium, de reg. jur. in 6. & ideo dicit Card. Tuschus 1. tomo, conc. 359. nu. 44. & 45. sequutus Angelum consil. 186. quod ubi appellatio prohibetur in aliqua causa ex ipsius natura, ut in momentanea possessione, alimentis, & similibus, pariter nec admittenda est ab interlocutoria ejusdem causæ.

Quod pertinet illa vulgaris regula, qua in proposito adnotantur protinus referendi Doctores, scilicet, cum quid prohibetur, etiam prohibitum censetur omnia, per quod pervenitur ad illud: juxta textum in l. oratio, §. 29. de sponsalibus, & quod ibi adducunt communiter Doctores & in leg. sicut certo, §. fin. & ibi gl. verbo dominium, ff. commodatus igitur cum à diffinitiva appellare non licet, ergo neque ab interlocutoria, per quam ad diffinitivam pervenire, & devenire solemus; ita in specie hoc argumento ad hujus partis negativæ defensionem utuntur, Bald. in l. unica, n. 4. Cod. si de moment. poss. fuerit appellat. quod loco rejicit opinionem illam Guillelmi Ca. in leg. si ex causa, §. nunc videndum, ff. de minoribus, quam pro contraria parte supra ad eodem 30 Baldo sibi parum constante, adduximus; eo enim usus est Menoch. ubi supra, d. rem. 4. n. 816. & huc spectat Ancharani doctrina consil. 78. dicens, quod ubicunque non datur appellatio à negotio princip. p. p. out a lato lato inter confanguineos vigore statuti alicujus, ita nec dari à sententia præambule compulsionis, quam referens sequitur Cardin. Tusc. in tomo 1. conclusionem 101. post nu. 11. ergo similiter affirmandum est in hac questione.

Jan. vides, jamque colligere potes, ex tanta rationum, auctoritatumque varietate, & contrarietate simul, quam sit anceps, quamque difficilis questio hæc cujus veram, & practicandam jure resolutionem pollicemur, in qua tradenda, & resolvenda varii varia dixerunt, & affirmarunt: in primis namque Abb. in cap. pastor alius, nu. 6. de appellat. dixit, ubicunque per statutum removetur appellatio à sententia alicujus officialis; puta potestatis, intelligis solum remoratur appellationem à diffinitiva, non autem ab interlocutoria, 32 quia appellatione sententiæ intelligi diffinitivam; & quia statutum debet intelligi in strictiori modo, secus autem (inquit ipse) ubi simpliciter cavetur statuto, ut à potestate non possit appellari, tunc namque intelligi de qualibet sententia, sed præcepto, per argumentum leg. prima, Cod. de officio prefetti pratorio, & ita Bald. consilium dicit, licet consilium non alleget.

Aliam, & secundam huic contrariam, & diversam 33 omnino distinctionem tradit Cardin. Tusc. per Angel. consil. 188. citatur ubi supra d. 1. tomo, conclus. 369. post n. 11. n. 44. & 45. quod quando appellatio prohibetur ob reverentiam iudicis, tunc admitti appellationem ab interlocutoria; quando autem eadem prohibita est ex natura causæ, ut in momentanea possessione, admittendam tunc appellationem non esse putant.

Tertiam Ag. Boll. in d. tractatibus variis crim. tit. de appellat. n. 11. & 12. distinguunt inter causas, & negotia civilia, & criminalia, ut in prioribus appellationem prohibitam à diffinitiva, esse simul & ab interlocutoria.

terlocutoria prohibita, ex doctrina Alexandri post Inolam in leg. patris & filii, ff. de vulgari & pupil. col. & Bart. in d. leg. solent, ff. de aliment. & cibariis legatis. Bald. in l. arbitrium, in princ. ff. qui satisfacti cog.

35 Quarta distinctio fuit Decii in cap. pastoralis, nu. 4. vers. sed considerandum est appellatio, scribens, quod tunc dispositio prohibens appellationem, non prohibet ab interlocutoria, cum simpliciter de sententia loquitur, ut si dicat, quod a lata sententia in causa alimentorum, vel simili, non liceat appellari: nam tunc appellatione sententiae intelligitur de definitiva, ut de potentiore, tum etiam, quia minus laeditur ejus commune, quod in dubio admittitur appellatio, ut potest quia defensionem continet: at secus est (inquit ipse Decius) cum dispositio absoluta, & simpliciter prohibet tali in causa appellari, tunc enim dicitur prohibita appellatio etiam ab interlocutoria.

36 Alii autem Doctores simpliciter cum parte negativa, scilicet, appellationi non deferentem ab interlocutoria vim habere fieri, & ultra supra relatos, ita affirmant. Rebuff. in commentar. ad Regias constitutiones Gallie, tomo 3. titulo de appellat. in presertione, nu. 13. lae Menoch. (cum tamen tribus declarationibus, & aliquibus ex fundamentis, de quibus nos in disputatione mentionem fecimus) in dict. tract. de adipiscend. poss. rem. 4. a n. 307. cum seqq.

37 Quintam distinctionem scribit Achilles Personal. tract. de adipiscend. sub n. 334. versiculo ego autem, quem sequitur Rugin. tractatu de appellat. §. 2. c. 3. sub nu. 645. versiculo ab interlocutoria, in fin. fol. 118.

38 Et post haec scripta vidi Scaccia de appellat. qu. 17. lim. 6. memb. 6. a nu. 18. cum seqq. qui utriusque partis aliquos ex Doctoribus, eorumque rationes, ac fundamenta refert, & absolute huic posteriori parti, & opinionibus inhaeret, & amplectitur, quam numero 35. & 37. non solum esse affirmat veram, sed servari etiam in praxi, & post Menoch. de arbit. libr. 1. quaest. 45. num. 9. & Zacard. Angel. Anchata. Paulum, & alios, hanc etiam partem negativam sequitur Marc. Anton. Peregr. tract. de fideicommiss. articulo 46. num. 50. ubi referunt aliquos Doctores contrariam opinionem tenentes, semper sibi dubitabilem fuisse eorum assertionem, & plures, ex hactenus relatis Doctoribus, hanc partem negativam absolute, & sine distinctione, tenent cum aliquibus tamen limitationibus, de quibus statim, & in alimentis idem repetit Scaccia quaest. 17. limit. 7. n. 11. & 13.

39 Qui quidem post Paul. Castr. supra, in consilio 39. quod a sententia lata, l. 2. Decium in l. fin. n. 50. Cod. de edicto divi Adri. Menoch. tractatu de adipisc. poss. rem. 4. q. 99. sub nu. 817. & 818. dicunt, quod ubi appellatio a definitiva admittitur quoad effectum devolutivum non potest dici, quod interlocutoria non possit reparari per eandem appellationem. Et tacite videntur innuere, quod ubi datur prohibitio appellationis quoad utrumque effectum, tunc irreparabilem esse interlocutoriam, & cum Bald. Zucar. Meno. & Maran. locis superius citatis dicunt, etiam in possessorio cessare hanc irreparabilitatis considerationem, cum adhuc remaneat iudicium petitorii, quo gravamen per interlocutoriam illatum reparatur, & sic respondent argumentis in contrarium adductis, & secus foret, quando super proprietate non expectatur aliud iudicium, ut post Bald. Peregr. ubi proxime, n. 48.

41 Sed verum, nos amantes cognoscimus, harum distinctionum neutram adesse universalem, & completam, quin difficultates infinitas quolibet admittat, quas sigillatim in specie, ne prolixus videar, non demonstro, quas quilibet poterit per sui discursum facillime nancisci, quid sit dicendum in tam utili, ac quotidiana quaestione.

42 Ego autem ex mente omnium Doctorum distin-

ctionem unam sui medicatas, quae & copiosa, & universalis videtur, cunctas vineens difficultates, & omnia comprehendens, quae intellectum, & humilem, & quietum reddunt sentio: Aut enim loquimur in causa, a qua prohibetur appellatio, quoad unum effectum tantum, nempe, suspensivum, aut loquimur de causa qua appellatio prohibet etiam quoad utrumque, suspensivum, & devolutivum simul, ut in priori libenter admittamus opinionem illorum, qui affirmant, & absolute tenent appellatione prohibita in causa principali, intelligi etiam prohibitam ab incidenti in eam, vel emergenti gravamine, quos retulimus in posteriori parte quaestionis, cujus rationes, & fundamenta huic primo distinctionis membro quadrant, atque conveniunt, & ex his etiam adducis in secundo.

Quo casu iudex nullam vim faciet, si huiusmodi appellationi n. gaverit delationem, & per Senatorem hoc ita declarandum, causam sibi remittendam esse, prout quotidie declaratur, & communiter praclatur, quod extendit etiam ad statutum, disponens tamen in 44 genere, & absolute, ut si dicat, non appelletur a potestate, vel a praefecto praetorio, vel non appelletur in tali causa: nam tunc etiam ab incidentibus, & emergentibus, & alia qualibet interlocutoria sententia, vel praeccepto censetur appellatio prohibita argumento text. in l. 1. Cod. de officio praefecti praetorio, quia tunc tangit ejus dispositio universaliter omnes causas articulos, ut per Bart. in leg. solent, ff. de aliment. lega. Bald. in l. 1. in princ. Cod. de sentent. praefecti praetorio, idem Bald. in cap. pastoralis, §. fin. de officio delegati, sibi contrarius leg. si ex causa, §. nunc videndum ff. de minoribus, idem tenet Abb. in cap. pastoralis, nu. 6. de appellat. Philipp. Franch. in cap. interposita, §. ille, col. 5. vers. quinto pone quod pars, 45 vel partes veniunt. Et de appellat. quo loci mordet Bald. in cap. causam quae col. fin. ante fin. de rescriptis, & similem considerationem in statuto prohibente compromissum, facit Soci. fenior consilio 300. columna 3. ad finem, l. 2.

Quod etiam probatur, nam oratio indefinita negative concepta universalem significationem habere, & intelligentiam dixit textus in leg. qui ducenta, §. utrum, ff. de rebus dubis, & gloss. quam ibi notant Fulgo. in leg. juris gentium, §. si fraudandis ff. de pactis, Decius consilio 3. column. 4. idem in consilio 450. column. 3. Philipp. Probus in cap. in circa, de electione, in 6. Hieron. Cagnol. in l. 1. n. 8. ff. de regul. juris. Decius in rubrica ejusd. tituli nu. 8. & est ratio, quia negatio apposita subiecto, 47 aut termino communi, facit orationem universalem, ut comprobat Covarr. lib. 1. var. cap. 13. n. 7.

Si autem statutum non ita absolute, & generaliter loquatur in appellatione neganda, sed magis in specie, ut puta, a sententia potestatis, & tunc solum intelligi 48 negatam appellationem a definitiva, non ab interlocutoria, quia cum statutum sit stricti juris, ita stricte interpretandum esse in strictiori, & sic in potiori significato, prout est definitiva; & quia statutum appellationem prohibens est odiosum, & sic non ampliandum ut comprehendat laxiorem significationem, & tunc etiam quia minus laeditur jus commune, per quod re- 49 gulariter permittitur appellatio, quae defensionem continet, ut in specie: ita hanc limitationem rite comprobant omnes Doctores relati, ultra quos, ita etiam affirmant Florin. in leg. providet, §. notandum ff. ad leg. Aq. Bald. in addition. ad Speculato. tit. de sententis, colum. 2. vers. nomine sententia. Alex. in l. 2. ff. de appella. recip. & in consil. 1. 2. p. Angel. in l. fin. in prim. de leg. 1. & in leg. stipulationes non dividuntur, de verborum oblig. & in re- 50 pecto. in verbo arbitri, ff. ex forma statuti, & haec extensio non procedit extra terminos statuti, de quo loqui- 50 tur, cum ut diximus, sit stricti juris, non autem in alia juris dispositione, quod adhuc etiam declara, nisi identitas rationi aliud suadeat, nam si ratio, propter quam appellatio prohibetur, per statutum a definitiva, seu

51 sententia in causa, militat, & viget in interlocutoria, ut puta quia non recipit dilationem, vel sit periculum in mora, vel alia similia: tunc etiam statuto praedicto in specie disponente, appellationis prohibitio extendenda est ad interlocutorias, & ad totam causam, ac si generaliter, & absolute dispositisset, ut in specie hanc declarationem, & limitationem ponit Fel. in d. c. causam quae, colum. si circa fin. de rescriptis, secundum Bene dictum de Piombino in l. etiam, §. absens, ff. de manumissis vindicta, propter glossam in cl. 1. in verbo sent. de re jud. & per Alex. in l. 1. ad finem prin. ff. quod quisque juris, & allegat Paul. Castren. cons. 23. dicentem, & late probantem, statutum Padicanum loquens de sententia, habere locum etiam in interlocutoria ob omnimodam paritatem rationis, quod consilium ego non inveni in meis; tamen doctrina, & limitatio Felini optima, & juridica est, quam nota.

Secundo extendit, & declara supra dictam resolutionem, qua diximus appellationem prohibitam per legem, statutum, vel pactum, aliae quavis dispositione censeri etiam prohibitam ab incidenti, & emergenti, aliae quavis interlocutoria; ut intelligatur non solum de ea interlocutoria simplici, & a qua alias non admittitur appellatio, ex leg. ante sententiae tempus, Cod. quorum appell. non recipi, & ex Concil. Trident. sess. 4. de reformatio. c. 20. & ex eodem Concilio c. 2. de reformatio. sess. 13. fed etiam de ea interlocutoria, a qua alias permittitur et appellare, de quibus in capitul. Concilii Trident. latius per nos in c. 1. supra hac 2. p. ex rationibus & fundamentis, quae adduximus, ac corroboratorem posterioris partis nostrae quaestionis, quae omnia hic supplere potest, & quia esset alius inanis, & sine dubio feret Doctorum, disputatio quaestionis, quod etiam probatur ex Menoch. in 2. rem. 4. de adipiscenda possess. n. 820. & 867. dicente, hac doctrinam supra dictam procedere etiam in interlocutoria, quae sapit, & habet vim definitivam ex Zachardo in repetitione, l. fin. Cod. de edict. Divi Adri. tol. n. 439. & ex Bald. in leg. unica, Csi momenta. poss. fuerit appellat. & Angel. in l. fin. §. penult. ff. de appell. (licet rationes, quas ipse ibi adducit, non multum laetificent.) Marant. in spec. 6. p. actu 2. verbo & quoadque appellatur, n. 312. fol. 505. Orzacus decif. 25. nu. 8. Scac. de appellat. quaest. 17. limit. 6. memb. 9. a n. 5. & sequentibus fol. 399. & est de mente omnium Doctorum, de re haec tractantibus abque aliqua difficultate Marquellian. de commiss. 1. p. c. 21. n. 54. post Rebuff. Contard. & alios.

Illis tamen Doctoribus asserentibus appellari posse ab interlocutoria, licet non appelleretur a definitiva lata in possessorio, satis respondetur infra, p. 3. c. 15. ad fin. versiculo qui autem contrarium, & c. quod vide.

Hoc tamen primum distinctionis membrum, quo dicimus, vim nullam esse posse; si iudex non detulerit appellationi abinterlocutoria, in causa, a cujus definitiva prohibetur quoad suspensivum tantum, limitandum est. Primo, ut non procedat interlocutoria lata super competentia, vel incompetencia iudicis, quia ab hoc casu etiam in causis, & iudicis privilegiatis appellatio legitimum fore admittendam, dicit in nostris terminis Jacob. Menoch. de adipiscend. poss. d. rem. 4. nu. 822. si quidem non censetur rejecta appellatio a simili interlocutoria, quanquam regulariter ab interlocutoria non recipiatur, ut per Angel. consilio 195. Domina Guilielmina, idem docuit Bald. in l. 2. nu. 13. Cod. de Episcop. audi. ex textu in authent. habitata, ubi gl. Cod. ne filii pro patre, & c. significantiibus, de officio deleg. & idem tradunt Decius consil. 49. col. 2. versiculo tertio facit, Guido Panz. qu. 10. Jas. in leg. quod iussit, n. 25. de re iudicata, Ruinus consilio 1. n. 4. lib. 4. Curtius Jun. consilio 124. num. 13. Minsing. in suis observationibus, centuria 3. observat. 35. Granut. in annotat. ad Vestrirum. lib. 3. c. 10. num. 6. & ideo haec

incompetentiae exceptio quandoque opponi potest, sententiae ad executionem impediendam, sive ea procedat ex vi iudicati, sive statuti, vel pacti inter partes initii, tam in actibus judicialibus quam voluntariis jurisdictionis, ita ut aliter faciens cedat a causa, ac iure suo privetur, & processus sit ipso iure nullus, quamvis prohibeatur appellatio, quia non censetur prohibita illa, quae interponitur a iudice incompetente; prout late deducit, & seriatim explicat Coler. de processibus execut. c. 1. p. 2. num. 7. usque ad numerum 16. & c. 1. 56 p. 4. n. 54. usque ad n. 66. Gratian. disputation. forens. 1. tomo, c. 54. numero 9. & magis in specie etiam quod quando statutum prohibet appellari, non comprehendat appellationem ab incompetente iudice sententia, sed imò eo non obstante, appellatio licita reputetur, probant Federicus consilio 66. nu. 1. incip. cum secundum, sequitur Decius consil. 49. col. fin. ad medium vers. tertio facit concludit etiam Aug. consil. 195. Domina Guilielm. in fin. Roland. consil. 33. n. 6. lib. 4. & ab aliquibus fundamentis contrariis hanc excipit, & probat opinionem Gratian. in d. discepta. forens. 1. tomo, c. 77. a princ. licet de hac limitatione dubitet post haec Scaccia de appellat. quaest. 17. limit. 6. membro 7. a nu. 47. fol. 584.

Et quoniam jurisdictionis defectus, exceptio, & impedimentum caetera omnia excedit, & in generali legis prohibitionis, vel exclusionis exceptionis, haec quae ex jurisdictione provenit, ut magis favorabilis, & magis privilegiata non censetur prohibita, nec demota. Cardinal. & Imol. in clem. 1. de sequestratione poss. & fructuum, per glossam ibi, verbo non obstante, ad ideam est optima glossa in c. nostra, verbo momenti, de procur. & similis gl. in c. exceptionem, verbo condemnatus, de exceptionibus, Barb. in c. jurabis, column. 3. de prob. Domi. con. 24. column. 5. n. c. ea quae, col. 2. de re jud. & in c. pastoralis, col. 4. de exceptio. Alexand. in consilio 77. n. 8. lib. 2. Ant. Corlet. in suo singulari, in verbo statutum incip. statuto cavetur, Bald. in l. generaliter column. 1. C. de Episcop. & Clericis, Romanus consil. 42. & consil. 115. Paul. Castren. consil. 99. lib. 2. Hipp. in singulari 10. idem in l. ult. n. 49. ff. de iurisd. om. jud. Luceovic. Gomez in tractat. utriusque signaturae n. 75. Decius consilio 8. nu. 6. & consil. 38. n. 7. Paris. consilio 45. n. 28. lib. 1. consil. 24. n. 102. lib. 2. & copiose Vanitius in tractatu de nullita. sententiar. titulo de nullita. ex defectu iurisd. a princ. Covarr. in pract. quaest. c. 25. num. 4. ex quibus omnibus constat simul, tale obiectum jurisdictionis, talis esse potentiae, ut impediat executionem trium sententiarum conformium, ergo multo magis impedit executionem sententiae primae, quae super eo lata est, & per consequens vim fieri, & omnino reponendum fore tribunal per viam violentiae additum, declarabit.

Secundo limitandum est, & hic non inutile erit examinare illam celebrem, frequentemque, & quotidianam quaestionem; an iudex Ecclesiasticus vim faciat, non deferens appellationi interpositae a sententia interlocutoria, lata super legitimatione personarum, an tutor, procurator, haeres, & similes sint legitime personae, vel non, sive sit in iudicis summariis, executivis & quae celeritatem requirunt, sive aliis a quorum principali sententia non licet appellare, quoad effectum suspendendi, & omnia disputatione brevitate profuturantes in praesenti quaestione affirmative dicimus, vim hoc casu iudicem facere, quoniam ab hoc gravamine, 59 iusta & legitima reputatur, appellatur, supponendo, quod in iudicis, quantumvis summariis, & executivis, & extraordinariis personis litigatorum legitime necesse esse. Bald. in leg. fin. Cod. de edicto Divi Adri. tol. l. 4. c. princ. vers. 8. Parlador. lib. 2. verum quotidiana, c. fin. 3. par. §. 1. nu. 8. & ideo in eis iudicis incapacitatis exceptionem legitimam esse, & obstantam 60

lanissime prosequitur in remedio leg. su. C. de edicto Divi Adri. & explicat Menoch. de adipiscenda poss. rem. 4. a n. 757. Pluribus Doctoribus relatis, Pedem. decis. 1. a n. 35. dixit, quod in quocumque judicio, etiam summarissimo, & sub quavis forma agitato actor, & reus debent legitime comparere, ex l. licet, C. de procurato. Bart. in extrava. ad reprimentum, in verbo vel legitime, per text. in l. quidam referunt, ff. de jure codicillorum, cum aliis allegatis a Vantio de nullitate sentent. tit. de nullit. sententia ex defectu inhabilita, Roland. a Valle conf. 46. n. 1. & 2. volum. 2. & alii plures relati a Pedemont, ubi proximè, ubi hanc regulam dupliciter limitat, quem vide, de quibus Deo dante infra, videbimus 4. p.

62 Quæ exceptio, & obiectio talis est nature, & ceteras exceptiones limitat, ut non intelligantur exclusæ ab statuto, quo exceptiones omnes adversus instrumentum & etiam quærentigatum excluduntur, ut scriptum est à Bartol. in l. 1. §. & parvi referat, ff. quod vi, aut clam, n. 6. quam sententiam Bartoli apud omnes probat esse testatur Parla. d. l. 2. verum quotidiana. c. fin. 3.

63 p. §. 1. num. 8. quapropter quandoconque opponi potest, & etiam post tres sententias, l. licet, C. de procur. Hippolyt. in leg. si quis, ff. de quæst. n. 10. Maranta de ord. jud. 4. p. in g. d. n. 38. & in eadem parte, d. ult. n. 16. post Bald. Alexand. & Jafonem per eum allegatos, late prosequitur Sebastian. Vanti, ubi proximè, & in titulo an qualibet sententia possit dici nulla, n. 16. ubi dicit, hoc procedere, etiam si causa coram Principe ageretur, idem Pedemont. ubi supra n. 26. itaque nihil mirum, ut etiam hoc in ea causa sit exceptum.

64 Et in specie quando judex pronuntiat per suam interlocutoriam, & procurator legitimum non esse, vel principalem non habere legitimum personam standi in judicio à simili interlocutoria licere appellare, loquendo in remedio summarissimo l. fin. Cod. de edict. Divi Adri. in quo non potest appellare, ita limitat Jacobus Menoch. de adipisc. rem. 4. n. 824. & 825. ex doctrina Bald. in l. 2. si clericus, nu. 4. C. de Episcop. audientia, & ex Signorolo, consilio 14. num. 5. dicente, appellari posse ab ea interlocutoria, qua pronuntiatum fuit, aliquid esse, vel non esse tutorem, argumento authent. habina. C. ne filius pro patre, & eam esse rationem Bald. & Signor. sententiæ, quod si secum executionem trahit, nec alia diffinitiva speratur, ita etiam solere concedit appellare ab interlocutione lata super legitimatione personarum, scribunt Petrus Dueñas in reg. 52. fall. 1. & Nicol. Anton. Granu. in annotatione ad Vestrum, lib. 3. c. 10. n. 7. ultra quos idem tenet Angel. Soci. & Jaf. in l. arbit. colum. 1. ff. qui satisdare cogantur, Petr. Ferrarientis in praxi in forma interlocutoria super legitimatione persone, Joan. de Anania conf. 93. viso processu. Philipp. Franc. per textum ibi in c. ex part. 3. ex appellat. col. 2. & in cap. cum cessante, in fin. de appellat. Salicetus in leg. post sententiam, colum. 2. vers. ad 4. Cod. de sentent. & nos diximus supra, cap. 1. a n. 46. cum sequentibus, in hac 2. p.

66 Et idem dixit in beneficio Curato, (in quo proceditur summarie secundum Clem. dispensiosam de judiciis, & non admittitur in ejus provisione appellatio ex Conc. Trid. sess. 24. de reformatione, c. 18. & sess. 7. c. 13.) inquit igitur Hieronym. Gonzal. in reg. referva. titulo in annotatio. nulli. & attendi. in causis benef. num. 187. & 188. quod hoc casu admittatur appellatio, si interponatur à declaratione, vel non declaratione, quod aliquis ex oppositoribus sit, vel non filius patrimonialis, aut alias persona legitima, ex Men. ubi proximè, & Antonio Gravatio, Petro Dueñas supra relatis, & Bald. in Margaria decretalium verbo appellat. q. 8. qui Gonzal. ita loquitur retento themate n. 187. ubi loquutus est de Parochiali, & beneficio curam animarum habente; & idem in questione concludo, vim facere judicem, non admittentem appellationem ab interlocutoria, super legitimatione persone, & etiam in causa coram Principe ageretur, idem Pedemont. ubi supra n. 26. itaque nihil mirum, ut etiam hoc in ea causa sit exceptum.

curoria, super legitimatione persone, etiam in causis summaris, & executivis, & aliis, à quorum diffinitiva non appellatur quoad effectum suspensivum.

Iterum & nunc alia fe offert tollenda difficultas, quæ solet oriri ex illa questione, an his casibus, & causis à quorum diffinitiva non licet appellare, quoad suspensivum saltem, si appellatio non admittatur ab inordinario processu, vis fiat à iudice. Et notabilis oritur difficultas, imò augetur ex resolutione principalis nostre questionis, quam sursum veram vocavimus, ac probavimus etiam, appellationem scilicet non admittendam super incidentibus, vel emergentibus, in simili causa non appellabili, ad quam pariter, quod in præcedenti respondeo, vim fieri, scilicet quoniam hoc casu appellationem permittam esse, omnes farentur, siquidem Zuch. in l. fin. Cod. de edicto Divi Adri. tol. n. 436. affirmat, quod licet in iudiciis possessoriis, alisque similibus casibus non recipitur appellatio, quoad causæ merito, & substantiam, hoc est, quoad sententiam diffinitivam, & finalem causæ decisionem; nihilominus tamen & ab inordinato processu recipitur.

Idem quod Zuch. ante docuere Bald. in cap. ex con. questione, n. 1. de restitutione spolii. cuius originaliter sui doctrina hæc, ubi reputat notabile dignum, Jafon in l. 1. n. 5. versiculo limita 2. qui singulariter commendat C. de bonorum poss. secundum tab. ubi Decius n. 6. versiculo 5. & ab ordinato, idem Decius in d. lim. fin. n. 47. versiculo sed post. Bart. in l. 2. colum. 2. ff. de appell. recipi. idem affirmat Cælianus Cota in suis memorabilibus, verbo appellari non licet. Covarr. in pract. quæst. c. 23. nu. 8. versiculo ceterum licet. Natta consilio 121. nu. 4. lib. 2. Joseph Ludovicus decis. 39. numero 8. idem dicit Ozalcus decis. 25. nu. 14. Petrus Sord. decisione Mantua. 16. num. 16. & 17. Hieronym. Gonzal. in regul. reservato post glossam, q. 5. 1. in annotation. contra nullit. & attendi. in causis benef. n. 202. & gloss. 6. n. 224. & 225. de quo articulo quia late tractavimus infra. 4. p. cap. 13. per totum, hic omitto.

Nec est ferendus Gonzales ibi, qui, num. 222. cum sequenti, hac sumpta occasione appellationis ab inordinato processu, de quo loquuntur Doctores, ob gravamina alia voluit eam extendere, citatis aliquibus ex supradictis autoribus, qui omnes solum loquuntur uno ore in inordinati processu gravamine, sicque in aliis ab ejus doctrina cavendum est, cum supradictis omnino repugnet: quod autem de appellatione ab incompetentia iudicis dicit, admittendus est ex his, quæ paulò ante diximus, quod veritas est, quod nota, ne decipiaris, vide etiam quæ nos supra, c. 1. n. 46. & sequentibus, in hac 2. p. diximus.

Ex qua resolutione infero, vim fieri à iudice non admittente, seu deferente appellationi ab eo postea, eò quod ubi debeat procedere summarie contra text. in Clem. sepè de verborum signif. & servare ordinem ibi traditum procedit ordinariè, servato juris ordine, & terminis, altera partium contradicente: quia cum tunc id facere, nec sic procedere valeat, argumento text. celebris in d. clem. sepè, ibi, tamen in præmissis casibus solemnibus ordo iudicarius in toto, vel in parte non contradicentibus partibus observetur, non erit processus propter hoc irritus, nec etiam irritandus, & ponderando illa verba, (partibus non contradicentibus) quoniam si contradicunt, processus erit irritus. Quam etiam considerationem exigit gl. ibi verb. solemnibus ordo, & verbo non contradicentibus, in verbo partibus, ubi citca hæc multa dubia præponens, resolvit; omnino videnda ad propositum, quam sequuntur ibi Card. Petrus Ancharra. Imola, & novissime repetentes, & larè Marant. in 4. disp. per totam, quapropter ab hoc gravamine appellari licere, appellationemque legitimam esse, rectè affirmat. Marc. Anton. in celeberrimo suo consilio 121. num. 3. tomo 1. rationem deducens num. sequenti,

sequenti, ex doctrina, quam mox diximus, quia etiam in iudiciis summaris, in quibus licet alias non possit appellari, tamen appellare permitti ab inordinato processu, & quod etiam idem dicendum est, iudicem in viis executivis iudicii ordinem perturbantem, & procedere velit ordinariè; & idem ego intell. go à fortiori in casibus eontra, quando debuisset ordinariè procedere, vel summaria vel executiva via rem cognoscat, ut notatur in d. gl. & didi Doctores, bene probat Bartol. in consil. ad reprimentum inter tractatus, ejus verbo summarie, n. 33. & supra.

73 Aliterque dicendum erit, quando ita vel à iure, iudice, vel à Papa procedere jubetur, secundum dict. clem. sepè in princ. non tamen quando iudicis potestati hoc relinquatur, ut possit sic procedere, juxta textum in clem. dispensiosam, de judiciis, & ibi dicit verbo valeat gloss. quia tunc etiam partibus reludantibus potest ordinariè procedere, ut firmat gloss. verb. non contradicentibus, in princ. & Clem. sepè, quia quidquid iudicis potestati relinquatur, id sub iudicis iuris necessitati, leg. non quidquid, ff. de iudiciis & tenet Cælianus Cota in memorabilibus, verbo arbitrii, cui data est potestas, per Baldum in leg. nulla circa fin. ff. de legibus, argumento illius text. & eorum, quæ tractat Innoc. in cap. novit. in 1. column., post princ. de iudiciis, & ex aliis dicentes, quod arbitri, 74 cui data est potestas procedendi summarie, & de plano, potest nihilominus procedere ordinariè, & ejus processus valebit, quoniam servare ordinem iudiciorum, non potest nocere, & idem tenet Maranta in d. 4. disp. quapropter eum nullum potest gravamen commiserari; appellatio inanis censenda est, nec admittenda, quia generale est in omnibus casibus in quibus aliquid committitur à lege, vel à superiori in potestate iudicis, & non in necessitate; ut quia potest aliquid facere, si vult, non tamen tenetur, juxta d. l. non quidquid, quia tunc si iudex illud non facit, non potest ab eo appellari, ex quo facere non debet, secundum Felinum in cap. super his, nu. 5. de accusat. Marant. de ordine iudicio 6.

75 p. titulo de appell. n. 354. pro cuius appellationis delatione, si curia adeatur vim non fieri, quidquid causam remittentiam declarabitur, prout etiam & nos late probavimus infra, 3. p. c. 13. per totum.

76 Aliam etiam nostram resolutionem patitur limitationem, ut scilicet in summaris, & possessoriis, alisque iudiciis, à cuius diffinitiva non admittitur suspensiva appellatio, tamen ab admissione testimonii inhabilium, vel post terminum probatorum licitam esse, ex Bald. Aufreio, Ozafco, Vestrio, Contard. & aliis probavimus supra, cap. 1. n. 154. hac 2. p. & supra.

77 Uterius limitatur, quando sententia esset lata per injuriam, seu dolum, quia tunc potest appellare ab eadem interlocutoria. Bald. consilio 217. verba libelli, in fin. sub n. 5. versiculo concludendo, lib. 2. Nicellus de concordia, glossa concord. 6. vers. sub n. 26. fol. 191. Rebuff. tractatu de sent. execut. articulo 9. gl. 5. n. 9. vers. fallit. quando, Marant. in speculo, p. 6. actu 2. princ. in verbo & quandoque appella. limi. 10. n. 315. fol. 505. Scac. de appellat. quæst. 17. limi. 6. membro 7. a n. 76. & sequentibus, fol. 38. Brededo tract. de appell. part. 1. tit. 11. verbo lex columna 23. latissime Cæsar. Contard. in leg. unic. limi. 10. n. 1. 2. 3. & sequentibus, qui n. 1. & sub n. 2. quem sequitur Scaccia nu. 77. hoc ampliat in sententia lata per latam culpam, quæ dolo æquiparatur, quæ nota, quia jam sic practicavi.

78 Et ratio hujus limitationis ea est, quia sententia lata per dolum iudicis, nulla est, adeo ut non transeat in rem judicatam. Contard. supra, n. 7. & Scaccia nu. 78. est ergo universalis, & communis limitatio ad omnes sententias merentes executionem, ut illam omnimodo admittant, quando sententia ex aliquo juris defectu nulla est, vel quando sententia est evidenter injusta, quæ nulli æquiparetur, quia quod nullum est,

executionem non meretur, textus est, in l. 4. §. condemnatum ff. de re judic. Bald. l. uni. columna 2. n. 5. vers. dnuo quaro, Cod. si de moment. possess. Abb. consilio 15. in causa quæ paulò post in princ. lib. 2. Marant. in suo speculo part. 6. actu 2. princ. in verbo & quandoque appellatur, limi. 6. nu. 311. fol. 505. Vestrius in pract. lib. 7. cap. 3. versiculo ad ubi, sub n. 6. fol. 191. Scacia ubi proximè, nu. 79. & sequentibus. Lancelot. Robert. de attent. 1. p. c. 12. limi. 25. nu. 15. Achilles Personat. tractatu de adipisc. possess. nu. 334. & 347. versiculo præterea dato tomo 3. p. 2. fol. 269. Joan. Baptista. Pontanus tract. de spolio lib. 4. & ex Bart. mente tener late Cæsar Contard. in dict. leg. unica, limi. 9. nu. 2. Cod. si de moment. poss. Zuch. in l. fin. n. 447. C. de edicto Divi Adri. Menoch. de adipisc. poss. rem. 4. quæst. 100. n. 850. quia dispositio generalis non trahitur ad ea in quibus est evidens iniquitas. Plurimos citat Contard. ibi d. limi. 9. n. 4. & 14. & nos dicimus late infra, 3. part. cap. 9. per totum, & variis etiam in locis ubi quam plures alios Doctores congestimus.

Secundo autem distinctionis membro questionis principalis proponitur, nempe; quando sumus in causis à cuius diffinitiva sententia appellatio prohibita est quoad utrumque effectum, & devolutivum, & suspensivum simul, admittit libentissime opinionem illorum 80 affirmantium, prohibitam appellationem à diffinitiva in aliqua causa, prohibitam non censeri ab interlocutoria, lata super incidentibus, vel emergentibus articulis in ea, etiam si sit quodlibet gravamen, & non qualificatum, nempe; ut non habeat ejus interlocutoria vim diffinitivam, nec sit præjudicialis causæ principali; quod probò hoc solido & evidenti fund. memo: quoniam 81 tunc permittitur ab interlocutoria mera appellari ante diffinitivam: inter alias limitationes, nempe, quando gravamen per interlocutoriam illatum, non potest reparari per appellationem à diffinitiva, probatur in Concilio Trident. sess. 24. de reformat. c. 20. ibi, nisi à diffinitiva, vel à diffinitiva vim habente, vel ejus gravamen per appellationem à diffinitiva reparari nequeat, & c. textetiam in l. 2. ff. de appellat. recipi. l. 13. tit. 22. part. 3. l. 3. titulo 18. lib. 4. recopil. Bartol. in d. l. 2. ubi omnes ceteri Doctores in leg. Cod. de Episcop. audient. Rebuff. in repetit. leg. quod iusti. nu. 76. versiculo 3. quando damnus, & c. Card. Tufchus 1. tomo, consilio 359. Paz in praxi 6. part. tomo 1. in præmio, n. 20. cum sequentibus, Carret. in practica crimin. in 2. tractatu de iudiciis & tortur. §. circa quintum n. 21. Marfil. in pract. §. nunc videndum, nu. 2. & in §. expediat, num. 70. & in l. 1. in princ. n. 14. Cælianus Cota in memor. versiculo appellatione interposita nihil innova. Anton. Gomez. 3. tomo variarum, c. de iornura reorum, n. 13. Franc. Marc. decis. 60. incip. quan. qualiter sit perveniendum, n. 5. Prosperus Farinac. in praxi crimin. quæst. 38. n. 12. cum sequentibus, Bernard. Diaz regul. 39. Petrus Dueñas reg. 52. fallen. 2. Rebuff. ad concordata Francia, titulo de frivolis appell. in rubr. sub gl. primas in fin. vers. fallit, quando gravamen. fol. mibi 688. Lancelot. Robert. de attent. 2. p. c. 12. limi. 1. n. 92. cum aliis exactissime adductis in specie supra hac 2. p. c. 1. ubi allegavi quam plurimos Doctores alios ultra hic citatos, à princ.

Ergo in casibus in quibus nullo modo à diffinitiva 82 permittitur appellare, gravamen illatum absque dubio dicendum est irreparabile, per appellationem à diffinitiva, cum nulla expectetur appellatio, nec remedium aliud, quæ ratio non convenit: ubi tantum prohibetur appellatio quoad effectum suspensivum, cui nihil detrahatur, quominus possit de sua iustitia, & injustitia, seu gravaminibus, sibi factis in prima instantia à iudice inferiore, pars docere coram iudice ad quem, prosequendo suam appellationem, ut omnia vel annullentur, rescindantur, vel revoentur, licet iterum sententia diffinitiva ad executionem trahatur, non ideo im-

pediur appellatio, & ejus persecutio. Et sic non possumus dicere tali casu, non esse appellationem. quia possit quodlibet gravamen reparari, quia quoad id. integra manet appellandi permissio, sed tantum quoad executionem sententiae, quod est multum diversum, & nullum inconveniens, quomodo appellatio ab ipsa interposita, desinat reparare praecedens gravamen, prout probant manifeste Doctores supracitati pro parte negativa hujus questionis principalis, ubi quam plurimos retulit, hoc ipsum evidenter sentire, dum firmanz quod ubi datur appellatio devolutiva, non dici gravamen irreparabile, per appellationem à diffinitiva, ut fecus esse videatur, quando quoad utrumque effectum appellatio est prohibita. Vide quae diximus supra, à nu. 39. cum sequentibus, hoc cap.

84 Et hanc nostram opinionem fert Concilium Trident. sess. 13. de reform. c. 13. (quod haecenus nunquam vidi ponderatum, nec etiam allegatum ad propositum,) quod postquam disposuerat, ut ne in causis criminalibus appelleretur ab interlocutoriis, sequitur dicens (nisi gravamen hujusmodi per diffinitivam sententiam reparari, vel ab ipsa diffinitiva appellari non possit) qui Concil. Tridentin. locus intelligendus est, quando nullo modo appellari potest à diffinitiva, nec quoad suspensivum, nec quoad devolutivum: non tamen quando appellatio non suspendit effectum sententiae, & admittitur quoad devolutivum, quia tunc non potest dici, non posse appellari, ex his, quae jam dicta sunt.

85 Et quoniam Concilium Trident. dixit (vel ab ipsa diffinitiva appellari non possit) & ubi in jure, vel dispositione invenimus, appellari non posse; intelligere debemus de utroque effectu esse prohibitionem, tam devoluto, quam suspensivo, simul & semel; non tamen suspensivo tantum, ita eleganter tenet Decius in rubr. de appellat. nu. 5. Rol. à Valle consilio 77. viso, nu. 16. lib. 2. Abb. in cap. ad reprimendum, de officio ordinarii, quos refert sequitur Lancelot. Rob. de attentat. 2. p. cap. 12. limit. 25. nu. 29. & idem in eadem. 2. p. cap. 12. limit. 3. nu. 58. & hoc idem non obscure sentit Petrus Surdus decis. 36. nu. 21. & 22. cum sequentibus, qui expressè loquitur, quando omnino denegatur appellatio recursum, ubi disputat, quid quando datur ad Principem supplicatio, quo casu ab emergentibus pariter dicit appellationem esse permitendam, quia supplicatio pendet à voluntate Principis, quod impossibile reputatur, juxta l. apud Julia. §. fin. de leg. 1. l. quis cum major. in prin. ff. de bonis l. quem omnino vide per totam decisionem; ergo de appellatione omnimodo & absolute prohibita intelligendum est Concilium. Vide quod annotabimus infra, hoc cap.

Quod Tridentinum Concilium non sine mysterio id decidit in criminalibus causis, ut ex eo patet, in quibus quando appellatio prohibetur, raro, aut nunquam prohibetur, quoad effectum suspensivum tantum, sed quoad utrumque simul, ut in duce seditionum, notorio criminoso, convicto confesso, virginam raptore, & similibus suo loco infra, 3. p. dicendis, & sic de his prohibitionibus intelligendum est.

Quo etiam sensu intelligendus est Aegidius Bossius in tractatibus variis crimi. titulo de appell. n. 10. & 11. ut dicit, quod licet ubi prohibetur appellatio à principali, non etiam intelligitur prohibita ab accessoriis & impensis: ex Doctoribus ibi adductis per eum. Ubi autem prohibetur appellatio in delictis, non intelligitur prohibita ab incidentibus, seu emergentibus, ex Bart. in l. arbitrio. in primis verbis, ff. qui satisdare cogantur, 88 quoniam quando in istis prohibetur, semper ferè est quoad utrumque effectum, & sic ad ea, quae frequentius accidunt jura adaptari debent, l. nam ad ea, de legibus.

Quo etiam sensu intelligendi sunt Ang. consil. 46. incip. viso puncto, nu. 7. vers. licet autem, & consil. 188.

incipit sed nunc nu. 2. Marant. in praxi. 6. part. tit. de appellat. num. 355. Hieronym. Gonzal. in regul. referenda. gl. 9. §. 1. tit. de nulli. & attent. nu. 201. dicentes, 89 ab interlocutoria summa cum ratione posse appellari; quando à diffinitiva prohibuitur est, rationem reddentes, quia gravamen interlocutoriae non reparari posse reparari, per appellationem à diffinitiva, cum ab illa non possit appellari: quae ratio nullo modo convenit ei appellationi, quae potest interponi, & sequi eorundem superiori, licet interim sententiam exequatur, cui appellationi nihil detrahitur quod hunc effectum, ut possit reparare gravamen, ita plures DD. intelligendi sunt, non aliter, ut supra diximus.

Quo etiam modo intelligitur quod dicit Archid. Joann. Anton. & Geminian. in c. ut inquisitionis, de haeret. l. 6. dicentes, quod licet haereticum non possit appellare à diffinitiva, poterit tamen appellare ab interlocutoria, in eadem causa lata, quia cum his in casibus appellatio prohibita sit, quoad utrumque effectum, nimirum, gravato per interlocutoriam permittatur appellatio, qui ex quo nullum habet recursum post sententiam diffinitivam, & aequitas, quam in hujus questionis membri resolutione sequuntur simul cum juris ratione suadet, ut omnes causae particulare rimentur, & iterum ac iterum inspiciantur, & justificentur eo modo, ut quando deveniatur ad diffinitivam, veritas eluceat, & nullum dubium, & obscuritatem habeat, & eaque prolata, sine scrupulo ad executionem, non admittat appellationem, quae devenit; pro quo expendo textum famosum in l. ne causas, Cod. de appellat. ibi, quoniam verendum est, ne lis incognito negotio dirimatur, adempta copia conquerendi &c. juncta l. r. ff. à quibus appellare non licet, quae notant gl. & Doctores in d. leg. ne causa, ideoque praedictorum omnium Doctorum doctrina procedit, quando sibi aliquo appellationis remedio gravato non potest provideri; fecus autem esset, si eo providere valuisset; ut bene responderet, & intelligit Menoch. de adipsen. postrem. 4. n. 817. & praeipue n. 819. quem vide.

Et tandem haec nostra opinio probatur ex text. argumento in l. 1. §. questum, ff. de appellat. ibi si quis forte interloquutus fuerit Principem se consultorum; cum possit post referendum provocare, per quem text. & per l. 2. ubi gloss. & B. de appell. recipi. & Bald. in l. 2. C. de Episcopa. audi. dixit Anton. Natta in consil. 121. nu. 4. quod omnino dicitur gravamen irreparabile per appellationem à diffinitiva illud, à cuius diffinitiva non appelleretur, quia est prohibuitur, & ita à praedicto gravamine appellari posse.

Igitur in questione principali duae sunt regulae confirmanda. Prima regula sit, iudicem Ecclesiasticum vim non facere, non deserentem appellationi emissa ab interlocutoria, lata super articulis incidentibus, vel emergentibus in causa, à cuius diffinitiva, seu negotio principali non admittitur appellatio quoad unum effectum, suspensivum scilicet, quam regulam admittas cum declarationibus suprapositis in primo distinctionis membro questionis principalis. Secunda regula sit, iudicem Ecclesiasticum vim evidenter facere, si negaverit, recusaveritve deserere appellationi ab interlocutoria, quovisve alio gravamine, emissa in causa prosecutione, à cuius diffinitiva nullo modo admittitur appellatio, nec quoad effectum suspensivum, nec etiam quoad devolutivum: quae regula colligitur ex secundo membro distinctionis praefate questionis nostrae.

Et ad complementum, atque omnimodam perfectionem nostrae resolutionis, illud debes annotare, quod inter nostros, in quas jam est sententia, alii ut in possessoris de jure civili appellatio sit prohibita, quoad suspensivum effectum duntaxat, alii verò dire-

Ad contraria non opinionem tenere, ut scilicet, sit prohibita quoad utrumque effectum, & devolutivum, & suspensivum simul, quam magna Doctorum caetera fuit simplex, quorum nomenclaturam recentem infra, 3. p. c. 12. vers. ultra quos hanc, à nu. 67. quam communem, & magis communem esse quoniam plures affirmarunt, de quo vide ibi: quia opinio reuera nihil mirum, ut nonnulli Doctores assererent, à sententia interlocutoria lata in possessorio appellationem habere utrumque effectum, ex eo moti, quia à diffinitiva prohibita extat (ut plurimum putarunt) quoad utrumque effectum, & sic hac opinione attentata, illi Doctores in nostra questione rectè procedunt, & loqui dicendum erit, juxta ea quae haecenus dicta sunt, & quae nos advertimus d. c. 12. in d. 3. p.

CAPUT VII.

A sententia adversam qualitatem habente, alia quae prohibet, alia appellationem permittens, si appellationi emissa iudex in totum non deferat: an violentiam facere dicatur? & quid quando una qualitas apponitur conditionaliter ad aliam, ut etiam successivè.

SUMMARIUM.

- 1 Appellatio à tota sententia an sit deferendum, quae partim prohibet, partim permittit appellare.
- 2 Favor & odium ubi concurrunt, dispositio an censetur odiosa in totum.
- 3 Sententia, quae partim prohibet appellationem, partim verò permittit, continet favorem, & odium.
- 4 Regula negativa, & permissiva ubi concurrunt, quae sit sequenda.
- 5 Privilegiis duobus concurrentibus, alio permissivo, alio prohibitivo, quid attendendum.
- 6 Obligatio ubi concurrunt in eadem persona, potentior alteram vincit, & perimit.
- 7 Negativum potentius est affirmativo.
- 8 Negatio plus negat, quam affirmatio affirmatio.
- 9 Magis dignum trahit ad se minus dignum.
- 10 Negativa praecipue magis efficacius obligant, & adstringunt, quam affirmativa.
- 11 Qualitas potentior praeponderat, & praedominatur.
- 12 Res à potentiori denominatur.
- 13 Fundum ex gratia, & pecunia, si gratia praeponderat pecunia, gratiosum dicitur.
- 14 Qualitatis virtus est, rei naturam immutare.
- 15 Eaque in diversam speciem convertit.
- 16 Qualitas adveniens enti, reponit illud in diversam naturam.
- 17 Qualitas formam ostendit.
- 18 Alienationis immobilium prohibitio, & mobilium permissio, si simul conjungantur, prohibitio ad se trahit permissio.
- 19 Haereditas, quid est universum, apta comprehendere mobilia, & immobilia.
- 20 Tutor an sine decreto possit alienare, & repudiare haereditatem, quae habet mobilia & immobilia.
- 21 Sententia est individua.
- 22 Sententia non potest contrarias effectus operari.
- 23 Res una non potest diverso jure censi.
- 24 Res una non potest contrarias effectus operari.
- 25 Causa dicitur criminalis, si pars pecuniaria applicatur fisco.
- 26 Prohibitione appellationis, & permissione simul in sententia concurrentibus, in totum esse appellationem prohibitam, qui censentur.

27 & 28. Mixtura ratione appellatio multoies permittitur à tota sententia.

28 Prohibitio appellationis, & permissio si in sententia concurrant, in totum esse deferendum, probatur, & sequitur.

Cap. super questio. §. si verò de officio deleg. ponderatur, ibid. & n. 122.

29 Clausula (appellatione remota) non transit in subdelegationem.

30 Compositum ex diversis speciebus non habens certam naturam quandoque recipit naturam unius, quandoque alterius assumat.

31 Qualitas naturalis, & accidentalis ubi concurrunt, illa hanc trahit.

32 Pupillo, cui supervenit furor, non est dandus curator.

33 Appellationis permissio ubi qualitas naturalis est iurisque causa.

34 Appellationem non esse permissam in aliquo casu, qui asserit probare tenetur.

35 Favor, & odium quando simul concurrunt, an dispositio tota iudicetur favorabilis.

36 & 37. L. 1. §. veteris, de acquir. possess. interpretatur.

38 Qualitas contraria ubi concurrunt, an attendatur potentius permissiva.

39 & 40. Et quid si concurrant in diversis subiectis.

41 Status disponente non posse inquiri contra advocatum, alio autem, quod contra militem inquiratur, si aliquis miles, & advocatus, an delinquens patitur inquisitionem.

42 Qualitas negativa appellationis, & permissiva ubi sunt complexivae esse in utraque admittendam, qui teneant.

43 Mixtura ratione in causa possessoria in totum admittitur appellatio.

44 Causa negativa, & permissiva appellationis concurrentes in sententia, an sit in totum deferendum, varietate, & confusè loquuntur Doctores.

45 Qualitas negativa, & permissiva appellationis concurrentes circa idem inseparabile, in totum denegatur appellatio.

46 Qualitatis diversitas affirmativa, & negativa appellationis concurrentes circa diversas sententias, & separabilia capitula, unaquaque suum effectum operatur.

47 & 48 & 49. Qualitatis diversitas appellationis permissivae, & prohibivae, quando circa idem concurrat, ut appellatio in totum admittatur, redduntur exempla.

50 Qualitates contrarias circa idem suos effectus operari, monstruosum est.

51 Res una circa seipsum non potest diverso jure censi.

52 Qualitas debitor cedit potentiori, ubi utraque concurrat.

53 Sententia tot, quot capitula, & quando.

54 Retrahitur an locum habeant, ubi simul venduntur res immobiles.

55 Condemnatus ad salarium, & aliam rem, exequitur sententia pro salario, & non super re.

56 & 57. Appellatio à sententia respectu possessionis ex leg. fin. Cod. de edicto Divi Adri. non accutitur, respectu autem fructuum, & interesse sic.

58 Doctoris dicta debent intelligi secundum iura ab eo citata.

60 Fructuum, damni, aut interesse respectu sententiae super possessorio non suspenditur per appellationem, sed respectu possessorii duntaxat.

61 Quae opinio communis, & verior est.

62 Appellationi à sententia respectu possessionis momentanea minime deseritur, licet respectu fructuum sic.

63 Quod extenditur etiam respectu fructuum futurorum, ut in exemplo.

64 Sententiae tot sunt, quot causae, & capitula separabilia.